



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Michael Walpolus. n. 48.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

tilque cum lachrymis rogauit Deum Creatorem, ut me facturam suam oculis misericordibus intueretur, dignareturque voluntatem suam mihi & rectam salutis viam, si in recta non essem, demonstrare. Quā in preicatione dum quanto potui ardore persisto, oculis ipsis obiectitur subito clarissima lux in Crucis figuram efformata, animo vero tam multa pro fide Catholica argumenta quod illa sola sit via ad salutem, atque ex aduerso Protestantum Religio absurdissima, & damnationem inducens, ut nullum mihi penitus dubium adhaerit. Inter haec autem argumenta, multa fuere quae à nomine me quoquam ante audiisse memineram; tanto vero gaudio exiliebat cor quantum verbis exprimere nequem. Confestim igitur accito Patre, atque interea orans Deum ut hunc in me spiritum seruoris conferuaret, mox ut aduenit petij ut peccata confitenti præberet aurum; narrauique quae acciderant vniuersalia: Illa autem dies perpetuo me compleuit solatio & salutis consequenda fiduciā, vna cum sumissimo proposito faciendi, si viuam, quod in me erit pro exaltatione fidei Catholice; si vero Deo visum fuerit me modò ex hac vita educere, libenter moriar, tradoque me penitus in eius Sacratissimas manus, & Cœlites omnes rogo ut me iuuent, quo debitas Deo gratias agam pro hac tam magna misericordia, quā tam singulari vocatione me fecit membrum Catholicæ fidei, ac Romanæ Ecclesiæ, in qua gratia eiusadiuante viuam & moriar. Quorum omnium veritati ut fidem faciam, hec propria manu signavi, hac decima septima die Octobris Anni millesimi sexcentesimi quinti. Præsentibus Richardo VValpolo, Francisco Young, Ioanne Persal. I erat morbi dies decimus quisitus; qui ingrauelens, postero deinde uitam illi lustulit cum meliore commutandam; sepultus est honorifice in Ecclesia Sancti Laurentij, magno Nobilium Hispanorum concursu, quos per id tempus Vallitoletum Regis Philippi tertij aula vocauerat. Scripta & morientis manu firmata relatio missa ad Parentem Baronem magnè incitamento fuit ut quām-primū etiam ipse deposito legum metu, contemptisque huius sæculi perituriis bonis, fidem Catholicam amplecteretur; eaque propter in iudicium vocatus perficit imperterritus; certus reliquorum omnium quām certissimæ firmissimæque Religionis subire iacturam.

XXXVIII. Richardo VValpolo aliquot post annis Valliole-
ti vita functo, successit in Praefectura studiorum primū, tum in cura
Missionis Michael, eius frater minimus natu; Fuerat post Patrem Ro-
bertum Jones Superior nostrorum in Anglia. Tum reuersus in Hispa-
nias, quanquam valentia robustaque corporis constitutione, sicut & cœ-
teri fratres, æstuantibus cœsir calotibus, migravitque è vita Hilpalij, non
multum quinquagenario maior, quatuor votorum Professus ab anno no-

F f


no supra

Michael
VValpolus

226
1595.

Historiæ Prouinciæ Anglicanæ.

no supra sexcentissimum . Hos ex sua gente manipulos Martyr obtulit
Christo , cepitque cum exultatione prouentum quem nata est parere
maritata virtutiæ masculæ doctrina.



H I S